




ex:libris: jos:nève:
livres:nouvault:
es:vielz:et:anticques
florescit:et:lucet:

CAT!

LOTHARIUS, Giov. Canti (=INNOCENTIUS III PAPA): Liber de vilitate conditionis humanae. Paris, P. Le Dru pour J. Petit (1499).


Petit livre extrêm. rare, inconnu à tous les bibliographes, exceptés Murrey 332 et Polain-B 2167.
Polain mentionne cet ex-ci, proven. de la bibl. de Jos Nève, et c'est alors le deux. ex. connu !

no copy in BM

Liber de Contemptu Mundi, sive de Miseria humanae Conditionis

L'abbé Manuel

Lothario de' Conti



Liber de vilitate conditio
nis humane.





¶ Incipiunt capitula primi libri

De miseris conditionis humane I
De miserabili humane conditionis ingressu ii
De vtilitate materie de qua formatus est homo iii
De conceptione infantis iiii
De quali cibo conceptus nutriatur in vtero v
De imbecillitate infantis vi
De dolore partus ⁊ eiulatu vii
De nuditate viii
Qualem fructum homo producit ix
De breuitate huius vite x
De incommodo senectutis xi
De labore mortalium xii
De diuerso studio sapientum xiii
De variis hominum studiis xiiii
De diuersis hominum anxietatibus xv
De miseria pauperis et diuitis xvi
De miseria dominorum et seruorum xvii
De miseria continentis et coniugati xviii
De miseria bonorum ⁊ malorum xix
De hostibus humanis xx
Quomodo corpus dicitur carcer anime xxi
De breui leticia xxii
De inopinato dolore xxiii
De vicinitate mortis xxiiii
De terrore somniorum xxv
De compassione xxvi
De innumerabilibus speciebus egritudinum xxvii
De subitis infortuniis xxviii
De diuersis generibus tormentorum xxix

De quodam horribili facinore cuiusdam mulieris que comedit filium suum xxx
Quod quicunque punit innocentes et nocens absoluit xxxi

Incipiunt capitula secundi libri

De culpabili humane conditionis progressu i
De cupiditate ii
De iniquis muneribus iii
De acceptione personarum iiii
De venditione iusticie v
De insatiabili desiderio cupidorum vi
Quare cupidus satiari non potest vii
De falso nomine diuiciarum viii
De exemplis contra cupiditatem ix
De iniqua possessione diuitiarum x
De licitis opibus xi
De incertitudine diuitiarum xii
De contemnenda possessione diuitiarum xiii
De auaro et cupido xiiii
Cur auaricia dicatur ydolorum seruitus xv
De quibusdam proprietatibus auari xvi
De gula xvii
Exempla contra gulam xviii
De ebrietate xix
Exempla contra ebrietatem xx
De luxuria xxi
De generalitate luxurie xxii
De diuersis generibus luxurie xxiii
De coitu contra naturam xxiiii
De pena huius sceleris xxv

De ambitioso xxvi
De nimia concupiscentia ambitionis xxvii
Exemplum de ambitioso xxviii
q misera et breuis est vita magnatum xxix
De diuersis ppietatibus superborum xxx
De superbia et casu luciferi xxxi
De arrogantia hominum xxxii
De abominatione superbie xxxiii
Contra arrogantiam superborum xxxiiii
Contra fraudem ambitiosorum xxxv
De proprietatibus arrogantium xxxvi
De superfluo cultu xxxvii
Contra superfluum ornatum xxxviii
q plus deferatur vestibus q virtutibus xxxix
De fuscatione colorꝝ et ornatu psone mēse et dom⁹ xl

Capitula tercii libri

De damnabili humane dissolutionis egressu i
De doloribus quos mali patiuntur in morte ii
De aduentu xpi ad diē mortis cuiuslibet hoīs iii
De putredine cadauerum iiii
De tristi memoria damnatorum v
De inutili penitentia damnatorum vi
De diuersis penis inferni vii
De ineffabili angustia damnatorum viii
De igne gehennali ix
De tenebris inferni x
De conuersione penarum xi
De indeficientia tormentorum xii
Cur reprobi non liberantur a pena xiii

Testimonium de suppliciis eternis xiiii
De die iudicii ysaias xv
De precedente tribulatione xvi
Qualiter veniet dominus ad iudicium xvii
De potentia sapientia z iusticia iudicis xviii
De diuino iudicio xix
Et q nichil proderit dānandis xx

¶ Finit tabula huius libri

¶ Domino patri carissimo. P. dei gratia Portuensi episcopo. Lotharius indignus dyaconus gratiam in presenti z gloriam in futuro Modicum ocii q inter multas angustias nup ea que nostis occasione captaui / non ex toto michi preterijt ociosum: sed ad deprimēdam superbiam / que caput est omnium viciorum vilitatem humane conditionis viteqz descripsi. Titulum autem presentis opusculi vestro nomini dedicaui rogans z postulans: vt si quid in ea vestra discretio dignum inuenerit diuine gratie totum ascribat. Si vero paternitas vestra suggesserit / vilitatem humane nature christo fauente describam: quatinus ita p hoc humilietur elatus / vt per illud humilis exaltetur

Q Uare de vulua matris mee egressus sum vt viderē dolorē z laborē z cōsumerentur in cōfusione dies mei. Si talia locut⁹ est ille de se quem deus sanctificauit in vtero matris sue qualia loquar ego de me quē mater mea genuit ī peccati. Heu michi dixerim mater mea q̄ me genuisti filiū amaritudinis z doloris. Job. Quare nō in vulua mortu⁹ sum vel egressus ex vtero stati perii. Cur exceptus genib⁹ lactatus vberib⁹ natus in cōbustione z cibus ignis. vtinā interemptus fuissem in vtero vt fuisset michi mater sepulchrū z vulua eius cōcept⁹ etern⁹. fuissem eni quasi nō essem de vtero translat⁹ ad tumulū. Quis ergo det oculis meis fontē lachrymarū vt fleā miserabilē humane conditionis īgressū Considerani ergo cū lachrymis quomodo factus est hō z quid futurus sit hō: Sane factus est de terra et cōceptus ī culpa nat⁹ ad penā. Agit praua q̄ non licent. turpia q̄ nō decent: vana q̄ non expediunt: fiet cibus ignis: esca vermiū: massa putredinis. Exponā illud planius z dicā plen⁹. Formatus est homo a puluere de cinere de luto. quodqꝫ vili⁹ est: de spurcissimo spmate. cōceptus in pruritu carnis: ī fetore libidinis: in feruore luxurie: quodqꝫ vilius est in labe pcti. Natus ad laborē timorē z dolorē: quodqꝫ miseri⁹ est ad mortē. Agit praua qb⁹ offēdit deū offēdit pximū: offēdit seipsum. Agit turpia quibus polluit famam: polluit personā: polluit conscientiā. Agit vana quibus negligit sua/negligit vtilia/negligit necessaria. Et fiet cibus ignis qui semper ardet et vrit inextinguibilis.

Esca vermis qui semper rodit et comedit: imortalis massa putredinis que semp sordet & fetet horribilis.

¶ De miserabili hūane cōditiōis ingressu Capm. ii.

Formauit igit deus hoīem de limo terre q̄ ceteris vilior est elemētis. Planetas & stellas fecit ex igne: flatus & vētos fecit ex aere: pisces volucres fecit ex aqua: hoīes & iumēta de terra. Cōsiderās ergo aquatica se vilē inueniet. cōsiderās aerea se viliorem agnoscet. cōsiderans ignea se vilissimū reputabit nec valebit se parifacere celestib⁹: nec audebit se preferre terrenis: qz parē se iumētis īueniret & similē agnosceret. Eccl. Unus est hoīm & iumentoꝝ interit⁹ & equa vtriusqz cōditio & nichil hō habz iumentoꝝ āplius: de terra orta & ī terrā pariter reuertunt. Uerba sunt ista nō cuiuslibz hoīs sz sapiētissimi Salomonis. qd ē igr homo nisi lutū & cinis. Hic hō dicit ad deū. Job. Memēto q̄so q sicut lutū feceris me & ī puluerē reduces me. Hinc est q de⁹ dicit ad hoīem ī Ge. Cinis es & in cinerē reuerteris Job. Cōparat⁹ suz luto & assimilat⁹ sū fauille & cineri: lutū efficit ex aqua & puluere vtroqz remanēte. Cinis aūt ex ligno & igne vtroqz deficiēte Expressum misteriū sz alias exprimēdū: Quid ergo lutū supbis de quo puluis extolleris vū cinis gl'iaris

¶ De vilitate materie de qua format⁹ ē hō Ca. iii

At ad aliud forsitā respōdetis q Adā ipe fuit de limo terre format⁹ tu aūt ex humano semie ꝑcreatus: at ille format⁹ ex semine sz imundo. Job. Quis pōt facere mūdum de imūdo cōceptū semine. Quis est hō q̄ imaculat⁹ sit & iust⁹ appareat nat⁹ de muliere. In psal. Ecce eī in iniq̄tatib⁹ ꝯcept⁹ suz & ī delictis pepit me mr mea. Nō tm̄ ī vno delicto nec ī vna

iniqtate: sz tñ i multis iiqtatib⁹ z i mltis delictis. In delictis z iiqtatib⁹ pprijs. i delictis z iiqtatib⁹ alieis

¶ De conceptione infantis Cpm. iiii.

Est eni duplex cõceptio: vna seminũ z altera natu rarũ: fit prima i cõmissis. scda in cõtractis paren tes eni cõmittũt in prima: ples ptrahit i scda. qs eni dicit cõcubitũ cõiugalẽ nũq̃ oĩno cõmitti sine pruritu carnis/ sine feruore libidinis/ sine fetore luxurie vñ se mina cõcepta fedank maculank z viciank. Et qb⁹ aĩa tandẽ infusa cõtrahit labem pcti maculã culpe sordẽ iniqtatis. Sicut ex vase corrupto liquor infusus corrũ pitur: z pollutũ tangẽs ex cõtactu polluit. Habet eni aĩa tres naturales potẽtias siue vires. rõnalem vt di scernat inter bonũ z malũ. irascibilem vt respuat ma lum. cõcupiscibilem vt appetat bonũ. Iste tres vires trib⁹ oppositis viciis corrũpunk originaliter: Uis ra tionalis per ignorantiã vt nõ discernat inter bonũ et malũ. Uis irascibilis per iracundiã vt respuat bonũ: Uis cõcupiscibilis p cõcupiscentiã vt appetat malũ: prima gignit delictũ. vltima pit pctm̃. media delictũ grauat z pctm̃. Est eni delictũ nõ facere faciẽdũ: pec catũ agere nõ agendũ: Hec tria vicia cõtrahũtur ex carne corrupta p tres carnales illecebras. In carna li eni cõmertio rõnis sopitur intuitus vt ignorãtia se minetur libidinis. Irritatur pruritus vt iracũdia pro pagetur voluptatis/ satiatur affect⁹ vt cõcupiscentia cõtrahak. Hic est tyrãnus carnis fex mẽbroꝝ/ fomes peccati/ lãguor nature/ pabulum mortis/ sine quo ne mo nascitur/ sine quo nullus moritur. qui si qñqz trã seat reatu semper tñ remanet actu. Johannes in sua canonica. Si autẽ dixerimus q̃ pctm̃ non habemus

nosipsos seducimus ꝛ veritas nō est in nobis. O gra uis necessitas ꝛ infelix cōditio anteꝙ peccam⁹ pecca to cōstringimur / ꝛ anteꝙ delinquamus delicto tene mur. Paulus ad romanos. Per vnū hoiem pctm̄ intrauit in hunc mūdū / ꝛ per pctm̄ in oēs hoies mors pertransiit. Ezechiel. An nō patres comederunt vuā acerbam et dentes filiorum obstupescunt.

¶ De quali cibo cōcept⁹ nutriat in vtero Cpm̄. v.

SEd attende quo cibo cōceptus nutriatur in vte ro: qui ꝓfecto sanguine mēstruoso q̄ cessat in fe mina post cōceptū ex eo ꝙ cōceptus nutriat in vtero qui fertur esse tā detestabilis vt īmundus vt ex eius cōtactu fruges nō germinēt arescāt arbusta / morian tur herbe amittūt arbores fructū. si vero fera siue ca nes inde comederint in rabiē efferunt. Cōcepti ex se mine ꝛ cibo tali fetus viciū contrahūt: ita vt leprosi ꝛ elephāti ex hac corruptione nascātur. Unde ſm legē moysaicā mulier q̄ mēstrua patitur reputat imūda. Et si quis ad menstruatā accesserit: iubet interfici / ac ꝓpter īmundiciā mēstruoꝝ precipit: vt mulier si ma sculū pareret quadraginta. Si vero feminā octogin ta diebus a templi ingressu cessaret.

¶ De imbecillitate infantis Cpm̄. vi.

QUare ergo data est misero lux / ꝛ vita his q̄ sunt in amaritudine aie. Felices illi q̄ moriunt āteꝙ oriātur / prius mortē sentientes ꝙ vitā scientes. Qui dam enī tā deformes ꝛ ꝓdigiosi nascuntur vt nō ho mines sed poti⁹ abhominationes videant. Quibus forte meli⁹ fuisset ꝓuisum si nunꝙ ꝓdiissent ad visū qm̄ vt mōstra monstrant ꝛ ostendunt ostētui. plerīq3 vero diminuti mēbris ꝛ sensibus corrupti nascantur /

amicorū tristicia/parentū infamia/ppinquorū verecū dia. q hec particulariter dixerim de q̄busdā cū generaliter oēs sine sciētia/sine virtute/sine xbo nascunt flebiles debiles ībecilles parū a brutis distātes. imo in multis min⁹ habētes. nā statim vt aīalia orta sunt gradiunt. nos aūt non solū erecti pedibus nō incedimus: verūetiam incuruati manibus non reptamus.

¶ De dolore partus ₇ eiulatu nascētis Cpm. vii.

OMnes enī nascimur eiulātes vt nature miseriā exprimamus. Masculus enī recēter natus dicit A femina vero E. Unde vsus. Dicētes e vel a quot quot nascunt ab eua. Quid ē igit eua nisi eua vtrūqz dolētis īteriectio est dolorē magnitudinis exprimēs. hinc enī ante pctm̄ virago: post pctm̄ eua meruit appellari: ex quo sibi dictū audiuit in Genesi. In dolore paries: nō est dolor sicut parietis. Unde rachel pre nimio dolore partus interiit ₇ moriens vocauit filii sui nomen Bēiamī. id est filius doloris. vxor finees subitis dolorib⁹ irruētibus peperit filiū ac periit ₇ in ipso mortis articulo vocauit filiū suū Naboth id est filiū doloris. In euā. Jo. Mulier cum parit tristiciam habet: cū aūt peperit filiū masculū iam nō meminit p̄ssure ppter gaudiū q2 nat⁹ est hō ī mūdo. Cōcipit ergo cū īmūdicia ₇ fetore: parit cū tristicia ₇ dolore: nutrit cū angustia ₇ labore: custodit cum instātia et timore.

¶ De nuditate ₇ vestitu infantis Cpm. viii.

NUdus egreditur ₇ nudus regredit: paup accedit ₇ paup recedit. Job. Nudus inquit egressus sū ex vtero matris mee/ ₇ nud⁹ reuertar illuc. Apl's ad thimo. Nichil intulim⁹ in hūc mundū auferre q̄d possum⁹. Si quis aūt indut⁹ egredit attende quis

preferat idumentū. Turpe dictu: turpius auditu: tur
pissimum visu: fedam pelliculam sanguine cruenta-
tam. Hec est illa materia de qua Thamar inquit in
partu in Gen̄. Quare divisa est propter te materia
ꝛ ob hanc causam vocavit nomen filii eius Phares
quod interpretatur divisio.

¶ Qualem fructum homo ꝓducit. Capitulum. ix

Qualis humane cōditionis indignitas: indignet
vilitatis humane cōditio. herbā ꝛ arbores inue
stiga. Ille de se ꝓducunt flores ꝛ fructus. ꝛ tu de te len
des pediculos ꝛ lūbricos. Ille de se fundunt oleū vi-
nū ꝛ balsamū: ꝛ tu de te vrinā sputū ꝛ stercus. Ille de
se spirant suauitatis odorē ꝛ tu de te reddis abomina
tionē fetoris. Qualis est arbor talis ē fruct⁹. In euā.
Non pōt arbor mala bonos fruct⁹ facere: nec arbor
bona malos fructus. Quid enī est hō ſm formā nisi
quedā arbor euersa cui⁹ radices sunt crines. trūcus ē
caput cū collo: stipes est pect⁹ cū aluo. rami sunt vlne
cū tibiis: frōdes sunt digiti cū articulis. Job. Hoc est
foliū quod a vento rapitur ꝛ stipula q̄ a sole siccatur.

¶ De breuitate huius vite Capitulum. x.

In primordio ꝯditionis humane nōgētis ānis ꝛ
āpli⁹ hoīes vixisse legunt: ſʒ paulatī vita hoīs de
clināte dixit dn̄s ad Noe i Gen̄. Nō ꝑmanebit i hoīe
spūs i eternū: qꝛ caro ē. Erūtqʒ dies vite illi⁹. cxx. āno
rū: qd̄ intelligi pōt tā de termīo vite q̄ de spacio peni
tēdi. Ex tūc enī rarissime legunt hoīes vixisse pl⁹: sed
cū magis ꝛ magis vita recidat hūana dictū ē i psal.
dies ānoꝝ ꝛc. In ipis lxx. ānis si āt in potentatibus
lxxx. ꝛ āplius eoꝝ labor et dolor. Job. Non paucitas
dieꝝ meoꝝ finiet breui tp̄e. dies mei velocius trāsie-

rūt q̄ a texente tela succidit. Job. Homo nat⁹ de muliere breui vi. t. re. m. mi. q̄ quasi flos eg. ⁊ co. ⁊ f. ve. vm. ⁊ nū. i. e. sta. p. pauci veniunt ad lx. paucissimi ad. lxx. ānos puenerūt

¶ De icōmodis senectutis. Ca. xi.

SI q̄s āt ad senectutē pcesserit statī cor eius affligit et caput cōcutit: lāguet spūs: fetet anhelit⁹: facies rugat: ⁊ statī curuat. Caligāt oculi: ⁊ vacillāt articuli: nares effluūt: ⁊ oēs crines defluūt: tremit tact⁹: ⁊ depit act⁹: dētes putrescūt: aures surdescūt: senex de facili pvocat ⁊ difficile reuocat: cito credit ⁊ tarde discernit: tenax ⁊ cupidus: tristis ⁊ querul⁹: velox enī est ad loquendū ⁊ tardus ad audiēdū: sz nō est tard⁹ ad irā. Laudat etiā ād āntiquos ⁊ spnit modernos: vituperat pñs ⁊ cōmendat pteritū: suspirat ⁊ anxiat / torpet ⁊ infirmat. Audi poetā Hora. Multa senē circūueniunt icōmoda porro nec senes cōtra iuuenes glorient / nec molestēt iuuenes ɔtra senes / q̄z q̄d sum⁹ iste fuit / erimus quandoq̄z quod hic est

¶ De labore mortalium Capitulum. xii.

AUis ergo nascit ad volandū ⁊ hō nascit ad laborem. cuncti dies ei⁹ laborib⁹ ⁊ erūna pleni sunt: nec p noctē reqescit mens ei⁹. In ecclīast. Et hoc nomen vanitas nō est quisq̄ sub sole sine labore / nō est sine defectu sub luna: nō est sine vanitate sub tpe. Tēpus enī est mora mot⁹ rerū mutabiliū / vanitas vanitatū ⁊ oīa vanitas. Inq̄t Ecck. O q̄ varia sūt studia hoīm. O q̄ diuersa sunt exercitia. In ecck. Un⁹ oīm finis est tm̄. i. affect⁹ labor ⁊ afflictio spiritus. In ecck. Occupatio magna est oībus hoīb⁹ ⁊ iugū graue sup filios Ade. a die exitus de vtero matris eorum vsq̄z ad diem sepulture in matrem omnium nostrum.

¶ De diuerso studio sapientum Capitulum .xiii.

Perscrutentur sapientes et inuestigent alta celi lata terre: profunda maris: de singulis disputent et de cunctis pertractent: discant semper vt doceant: id est quod de hac occupatione nisi laborem et dolorem et afflictionem spiritus inuenient. Nouerat hoc experimento qui dixerat. Eccl. Dedi cor meum vt scirem prudentiam atque doctrinam: errores et stulticiam. et agnoui quod esset labor et afflictio spiritus: eo quod in multa sapientia multa sit indignatio et qui addit scientiam addit laborem. licet enim oporteat indagantem multis etiam insudare vigiliis: et inuigilare sudoribus. vis tamen est tam facile tam vile quicquam: quod ad plenum intelligatur et comprehendatur ad loquendum: nisi forsan illud perfecte sciatur. quod nichil scitur perfecte quia quod ex hoc insolubilis redargutio consequatur quod enim in libro. Sap. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam et deprimit terrena inebetat sensum multa cogitantem Audi quid super hoc sentiat. Salo. in eccl. Cuncte res difficiles non potest eas homo explicare sermonibus. est homo qui diebus et noctibus non capit somnum oculis et nullam operum dei potest inuenire rationem. et quanto plus laborauerit ad querendum tanto minus inueniet. In psal. Defecerunt scrutantes scrutinio: quoniam accedit homo ad cor altum et exaltabitur deus. Salo. Perscrutator enim maiestatis opprimetur a gloria. qui enim magis intelligit magis dubitat et ille videtur plus sibi sapere qui plus desipit. plus ergo scire est scire quod nesciat. fecit autem deus hominem rectum et ipse se infinitis miscuit questionibus.

¶ De variis hominum studiis Capitulum .xiiii.

Currunt et discurrunt mortales per sepes et semitas ascendunt montes et transcendunt colles transuo

lant rupes: pervolant alpes: transgrediuntur foueas: ingrediuntur cauernas: rimantur viscera terre: ꝓfū da maris: incerta fluminis: opaca nemoris: inuia soli tudinis: exponunt se ventis ꝛ ībribus: tonitruis ꝛ ful minibus: fluctibus ꝛ ꝓcellis: ꝑcipiciis ꝛ ruinis: metal la cudunt ꝛ cōflant: lapides sculpunt ꝛ poliunt. lingua succidunt dolant ꝛ cōsumant: telas ordiuntur ꝛ texūt Excolant agros: plantant vineas: vestes incidunt: edificant domus: ꝛ plantant ortos: succendunt cliba nos: exstruunt molendina: piscantur: venantur: ꝛ au cupantur: meditantur ꝛ cogitant / consiliantur ꝛ ordi nant que reuelantur ꝛ litigant. Diripiunt ꝛ furantur / decipiunt ꝛ mercantur / cōtendunt ꝛ preliantur / ꝛ inu mera talia agunt vt opes cōgregēt. vt questus mul tiplicent vt lucra sectentur / vt honores acquirant. vt dignitates extollāt ꝛ potestates extēdāt / ꝛ hoc quoqꝫ labor ꝛ mentis afflictio / si michi nō credit Salomo ni credatur in Eccl. Magnificaui inquit opera mea edificaui michi domos / ꝛ plantaui michi vineas / feci ortos ꝛ pomeria / ꝛ consitui cunctis generibus arboꝝ extruxi michi piscinas aquaꝝ vt rigarem siluas agro rū germinantiū / possedi seruos ꝛ ancillas multamqꝫ familiā habui / armenta quoqꝫ ꝛ magnos ouiū gre ges vltra oēs q̄ fuerunt ante me in ihrl'm. Coaceruaui michi aurū ꝛ argentū ꝛ substantias rerū ꝛ ꝓuincia rū: feci michi cātores ꝛ cātatrices ꝛ delicias filioꝝ ha bui / ciphos ꝛ vrceos in ministerio ad vina fundenda habui ꝛ supgressus sum opib⁹ oēs q̄ fuerūt āte me in ihrl'm. Cūqꝫ me cōuertissem ad vniuersa que fecerā ꝛ ad labores q̄bus frustra sudauerā: vidi in omībus vanitatem ꝛ afflictionem animi et nichil permanere

sub sole quod non sit labor et afflictio spiritus.

¶ De diuersis hoim anxietatibus Cpm. xv.

O Quāta mortalis anxit āxietas affligit cura sollicitudo molestat met⁹ exterret tremor concutit horror abducit: dolor affligit: cōturbat tristicia: cōturbat turbatio paup ꝛ diues: seru⁹ ꝛ dn̄s: cōiugat⁹ ꝛ cōtinēs: deniqꝫ bon⁹ et mal⁹ oēs mūdanis cruciatibus affligunt ꝛ mūdanis afflictionib⁹ cruciant. expto credo mgr̄o Job. Si ipius inqt fuero ve michi est ꝛ si iustus nō leuabo caput saturatus afflictione ꝛ miseria.

¶ De miseria pauperis ꝛ diuitis Cpm. xvi.

PAuperes enī premunt inedia: cruciantur erūna fame siti frigore nuditate vilescunt ꝛ tabescunt spernūtur ꝛ cōfundūtur. O miserabilis cōditio mēdicātis. Nā si petit pudore cōfunditur: si vero nō petit egestate ꝯsumit. sꝫ vt mēdicet necessitate cōpellitur: deū causat iniquū q̄ nō recte diuidit ꝓximū: criminatur malignū q̄ nō plene subueniat. Indignatur murmurat ꝛ iprecatur. Aduerte sup hoc sententiam Salomonis in ꝓuerbiis. Meli⁹ est mori q̄ indigere ꝛ ꝓximo suo paup erit odiosus. Salomō. Oēs dies pauperis mali fratres hoīs paupis oderūt eū: insup ꝛ amici ꝓcul recesserūt ab eo. Vñ v̄sus in cathone. Cū fueris felix ꝛc. Pro pudore ꝫm fortunā existimat ꝓsona cū ꝫm personā poti⁹ sit fortuna existimāda. tā bonus reputat vt diues. tā malus vt paup cū tā diues sit reputandus vt bon⁹. tā pauper vt malus: diues enī superfluitate resoluitur ꝛ iactātia effrenatur. Currit ad libitū ꝛ corruit ad illicitū ꝛ fiunt ad instrumēta penarum q̄ fuerant oblectamenta culparū: labor in acquirendo: timor in possidēdo: dolor in amittendo mentē

eius semp fatigat sollicitat z affligit. In euangelio Mathei. Ubi est thesaurus tuus ibi est z cor tuum. sz de hoc plenius in sequentibus dicemus.

¶ De miseria dñorum et seruorum Cpm. xvii.

SEru⁹ nimis terret āgariis fatigat plagis affligit opib⁹ spoliat q̄ si nō hz habere cōpellit: et si hz cogit nō habere. Culpa dñi sui pena: culpa sui dñi pda. Orati⁹ Quicq̄d delirāt reges plectunt achiui. In eccl. Uenatio leonis onager i heremo: sic pascua diuitū sunt pauperes. O extrema cōditio seruitutis. Natura liberos genuit sz fortuna suos pstituit. seru⁹ cogit pati nemo sinit pati dolore pcutit z nemo cōdolere pmittit. sic pe vero seru⁹ est vt nemo sit sibi misericors miseri q̄ castra sequunt. qz miserū est aliena viuere pda. dñs aūt si crudelis est oportet illū vereri ppter nequitiā subiectoꝝ. si mitis est dñs cōtingit illū cōtēpni ppter insolentiā subiectoꝝ seueꝝ ergo met⁹ affligit z mansuetū vilitas puipendit nā crudelitas parit odiū z familiaritas parit cōtēptū. Familiaris eni cura fatigat z domestica sollicitudo molestat. Oportet ei semp esse patū vbiqz munitū vt possit malignātiū isidias pcauere z oppugnātiū iiurias propulsare. hostes cōterrē: ciues tueri: nec sufficit diei malicia sua. In psal. Si dies diei laborem eructat et nox nocti sollicitudinem indicat: dies ergo laboriosi ducuntur z noctes expenduntur in somnes

¶ De miseria continentis z coniugati Ca. xviii

SI pōt ignis nō vrere pōt caro nō concupiscere: qz q̄tūcūqz puniet nūq̄ tn̄ ex toto. Jebuseus ille expugnatur. Horatius. Naturā expellas futura tātū vsqz recurret. In euangelio Mathei. Nō omnes

capiunt verbũ illud: sed q pōt capere capiat. Unde cũ
de⁹ de ceteris pōtificalib⁹ indumētis iussisset i Exod
vt moyses ꝛ aaron filios suos vestirent: ꝛ de solis fe=
moralib⁹ nō precepit. Sed ait vt ipi femoralibus vte
rent cum ingrederentur in tabernaculum testimonii.
Paulus ad Thimo. dicit. Nolite fraudare inquit, in
uicem: nisi forte ex consensu ad tps vt vacetis oratio
ni. Et iterũ reuertimini in idipm ne tēptet vos Sa=
thanas: ꝑpter incontinentiā vestrā. Meli⁹ enī est nu
bere q̄ vri: pugnat ergo cōtra cōtinentiā vestrā āge
lus sathane q carnaliter stimulat ꝛ grauiter colaphi
sat. Ignē nature suggestionis flatu succendit: mate=
riā apponit: facultatē tribuit / ꝛ oportunitatē ministrat:
pugnat ꝛ species q̄ subito visa est facile cōcupiscitur.
In .ii. Regū. Ubi cũ dauid post meridiē deābularet i
solario dom⁹ regie videns ex aduerso Bersabee la=
uantē concupiuit eā. Erat aūt mulier pulchra valde:
misit ꝛ tulit eā dormiuitq; cũ ea. Apl's ad Corinth.
Porro q cū vxore est sollicitus est que sunt mundi ꝛ
diuisus est: distrahitur enī p multas angustias etiam
in varias sollicitudines disceptatus vt filiis ꝛ vxori fa
mulis ꝛ ancillis necessaria querat ꝛ subministret: tri=
bulationē ergo carnis habet huius vxor concupiscit
habere preciosum ornamentũ: variā superlectilē: vt
pluris sit sepe cultus vxoris q̄ cēsus mariti: alioquin
per dies ꝛ noctes suspirat ꝛ plangit: garrit ꝛ murmu=
rat. Salo. Tria enī sunt que non sinunt hominem in
domo manere: fumus / stillicidium / et mala vxor. Illa
inquit ornatior ꝓcedit in publicum hec ab omnib⁹
honoratur. Ego misera sum in conuentu feminarum
sola despicior: a cunctis cōtēnor: sola vult diligi sola

laudari: alterius amore suo asserit odium: alterius lau
dem sui dedecus suspicatur. Amandum est omne quod
diligit: odiendum est omne quod spernit: vincere vult
sed vinci non valet famulari non patitur: sed dominari
molitur: cuncta vult posse: nullis vero nosse. si pulcra
fuerit facile adamatur: sed si feda facile concupiscit sed
difficile custoditur. Iere. Quod a multis diligitur mo
lestum est possidere: quod nemo dignatur habere. ali
us forma alius ingenio: alius libertate sollicitat et ex ali
qua parte rapitur quod vndiqz patescit. Cernimus equus
asinus treatis vestis et lecticulus: calix et vrceolus: pri
us probantur et postea comparantur. Sponsa vero vix
tandem ostenditur ne prius displiceat quam ducatur. Ue
rum quid prodest diligens custodia cum vxor impudica
seruari non possit pudica vero non debeat: sed illa ve
ra pudica dicenda est cui licet peccare sed noluit qua
liscunqz casus obueniret necessario habenda/si feda
si fetida/si egra/si fatua/si superba/si iracunda/si per
te qualibet viciosa / propter solam fornicationem
potest vxor a viro dimitti / sed nec dimittens potest
aliam ducere/nec dimissa potest alii copulari in Ma
theo. Quia quicunqz dimiserit vxorem nisi ob forni
cationem et aliam duxerit mechatur/et qui dimissaz
duxerit mechatur. Apl's ad corynth. quod si vxor a vi
ro suo discesserit manere debet inupta / aut viro suo
reconsiliari. similiter et vir si discesserit ab vxore graue
nimis est pondus matrimonii. Salo. Nam stultus et
impius est qui tenet adulteram et patronus est turpitudis qui ce
lat crimen vxoris. sed si dimittat adulteram absqz sui cul
pa punitur/quoniam illa viuente cogitur continere/propter quod et discipuli
xpo dixerunt in Matheo. Si ita est causa hominis cum vxore

nō expedit nubere. quis vnq̄ equanimit᷑ poterit susti
nere riualem; suspitio sola zelotipū vehementer affli
git. Nā licȝ scriptū est ī Genesi. Erūt duo ī carne vna
zelus tamen viri duos in carne vna non patitur

¶ De miseria bonorum et malorum Cpm.xix.

NOn est impijs gaudere dicit dn̄s p̄ ꝓphetam
q: per q̄ peccat hō per hec ⁊ torquet᷑: vermis enī
cōscientie nunq̄ morit᷑: et ignis rationis nunq̄ extin
guit᷑. Job. Uidi eos q̄ operant᷑ iniq̄tates ⁊ seminant
dolores: et metunt eos flente dn̄o perijsse ⁊ spiritu ire
esse cōsūptos: supbia inflat; inuidia rodit: auaricia sti
mulat: ira succēdit: angit gula: dissoluit luxuria: ligat
mendaciū: maculat homicidiū: sic et cetera viciorum
portenta vt qui sunt homini peccanti oblectamenta
deo sunt instrumenta puniendi. Oratius. Inuid⁹ al
terius marcescit rebus opimis inuidiā si tuli nō imi-
nere tyrāni mai⁹ tormentū. Paul⁹ ad roma. Uiciū
enī corrūpit naturā apl'o testāte qui ait ad romanos
Quia euanuerunt in cogitationibus suis obscuratū
est insipiens cor eoꝝ ꝓpter quod tradidit illos deus
in desiderio cordis eoꝝ vt in imundicia ⁊ cōtumelijs
afficiant corpora sua. Et q: non ꝓbauerunt deum ha
bere in noticia sua tradidit eos deus in reprobum sē
sum vt faciant ea que non conueniunt. Paulus ad
Tthimo. Sed qui pie volunt viuere in xpo Jesu per
secutionem patiuntur. Paulus ad hebre. Sancti ve
re ludibria ⁊ verbera experti sunt. insuper ⁊ vincula
⁊ carceres lapidati sunt: secti sunt: tēptati sunt: et in
occisione gladij mortui sunt pro dn̄o. Paulus ad he
breos. Circuierunt in melotis ⁊ in pellibus caprinis
egentes angstiati sunt: afflicti sunt: quibus dign⁹ nō

erat mūdus: in solitudinibus errātes & in montib⁹ et in cauernis terre. Paul⁹ ad Corinthi. Periculis flu minū: periculis latronū: periculis ex genere: periculis ex gētibus: periculis in sollicitudine: periculis i falsis fratrib⁹: in labore & erūna in vigiliis multis: in fame siti: & in ieiuniis multis: in frigore & nuditate/ & in an-gustiis multis. Justus enī cū abneget semetipm cru cifigens mēbra sua cū viciis & concupiscentiis vt sibi mūdus sit crucifixus et ipe mūdo. In apostolo. Non habet hic manentē ciuitatē: sed futurā gloriā inqrit. sustinet seculū tanq̄ exiliū. clausus i corpore tanq̄ in carcere. Psalm⁹. Incola ego sum in terra & peregri nus sicut oēs patres mei. Remitte michi vt refrige-rer priusq̄ abeam & amplius nō ero. Heu michi quia incolatus me⁹ plongatus est habitaui cū habitanti bus cedar multū incola fuit aīa mea. Paul⁹. Quis infirmatur & ego non infirmor: quis scandalisatur et ego non vror: In Judith. Nam peccata proximorū refrigeria sunt iustorum. In Judith. Hoc est irriguū quod Caleph dedit filie sue in dotem.

¶ De hostibus hominis Capitulum. xx.

Milicia est vita hois sup terram. Job. An nōne milicia cū multiplices hostes vndiq3 semp insi dientur vt capiāt psequētur vt pmaneant. demō et homo mūd⁹ et caro. demō cū viciis/ homo cū bestiis/ mūdus cū elementis/ caro cū sensibus. Apl's. Caro nāq3 concupiscit aduersus spm/ et spūs aduersus car nem. verū nō est nobis cōluctatio aduersus carnē et sanguinē sed aduersus spūalia nequitias in celestibus aduersus rectores tenebrar harū. Petrus. Aduersa rius noster dyabol⁹ tanq̄ leo rugiens circuit querēs

quē deuoret. accēduntur ignea tela neqssima. Ihere. Mors ingredit per fenestras. In libro sa. Ocul9 aīe mā depredat pugnat orbis terrarū cōtra insensatos In Mathe. Insurget gens cōtra gentem ꝛ regnum aduersus regnū. et terremotus magni erūt per loca pestilentie ꝛ fames terroresqꝫ de celo tēpestates ꝛ tonitrua. terra ꝓducet spinas ꝛ tribulatos aqua ꝓcellas ꝛ fluctus: aer tēpestates ꝛ tonitrua: ignis coruscationes ꝛ fulgura. In Ge. Maledicta terra in opere suo spinas et tribulos germinabit tibi. In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec reuerteris ad terram de qua sumptus es: qꝛ terra es ꝛ in terram ibis. Insidiatur aper de silua ꝛ singularis ferus depascit lupus ꝛ vrsus pardus: ꝛ leo tygris: ꝛ onager cocodrillus ꝛ grifes serpens ꝛ coluber: basiliscus ꝛ aspis cerastes ꝛ draco: scorpiones ꝛ vipe: sed ꝛ lendes ꝛ pulices formice ꝛ pediculi: cimices ꝛ musce scorpiones ꝛ vulpes pisces et volucres. in Genes. Nam qui creati sumus vt dominaremur piscibus maris et volucribus celi: ꝛ vniuersis animantibus que mouentur in terra In deutro. Nunc damur illis in predam. Scriptum est enim ī psalmo. Dentes bestiarum mittam te ī eis cum furore trahentium super terram.

¶ Quō corpus dicitur esse carcer aīe Cap. xxi.

Infelix ego hō quis me liberabit de carcere mortis hui9. Apl's. Certe nō vult educi de carcere q̄ nō vult exire de corpore. nam carcer aīe corp9 est: de quo dicit Dauid. Educ de carcere aīaꝫ meā nūq̄ ibi est qes tranqllitas. nūq̄ est pax ꝛ securitas: vbiqꝫ est timor ꝛ tremor: vbiqꝫ labor ꝛ dolor. Job. Caro dū viuet dolebit ꝛ anima super semetipsa lugebit.

¶ De breui leticia Capitulum.xxii.

Quis vnq̄ diem totā in suā duxit delectationem iocundā quin in aliqua parte diei reatus cōscientie vel impetus ire: vel motus concupiscentie non turbauerit: quē liuor inuidie: vel ardor auaricie: vel tumor superbie nō vexauerit quem aliqua iactura vel offensa: vel passio nō cōmouerit quem deniq3 visus vel auditus/vel actus aliquis non offenderit. Rara auis in terris nigroq3 similis cigno. Audi super hos sententiam sapientis. Eccl'ia. A mane vsq3 ad vesperā mutabitur spiritus. Job. Cogitationes varie sibi succedunt et mens rapitur in diuersa tenent cytharam et gaudent ad sonitū organi: ducūt in bonis dies suos: et in puncto ad infernum descendunt.

¶ De inopinato dolore Cpm.xxiii.

Semper eni humane leticie vel mūdane tristicia repētina succedit: et quod incepit esse cum gaudio desinit esse cum tristicia: mundana quippe leticia vel felicitas multis est amaritudinibus respersa. Nouerat hoc ille qui dixerat. Risus dolore miscebitur. Salomon. Extrema gaudii luctus occupauit. Paulus. Experti enim sunt et liberi. Job. Qui comederant z biberent vinum in domo fratris sui primogeniti repente ventus irruit vehementer a regione deserti et concussit quattuor angulos domus q̄ corruēs vniuersos oppressit. Merito ergo pater aiebat versa est in luctum cythara mea et organum meum in vocem flentium. In Eccl'. Melius est ire ad domum luctus q̄ ad domum conuiuii. In eccl'. Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis

¶ De vicinitate mortis Capitulum.xxiiii.

Semper dies vltimus prim⁹ ꝛ nunc̄ dies prim⁹ dies vltim⁹ reputat̄ cū tamē ita viuere semꝑ de ceat tanq̄ mori semꝑ oporteat. Scriptū est enī in eccl. Memor esto qm̄ mors nō tardat: tēp⁹ p̄terit ꝛ mors appropinquat. In ps. Mille ān̄i ante oculos moriētis tanq̄ dies hesterna q̄ preteriit. semꝑ enī futura nascū tur: ꝛ semꝑ p̄sentia moriunt̄. Et quicq̄d est p̄teritū to tū est mortuū. Morimur ergo semꝑ dū viuim⁹. ꝛ tūc tantū desinimus mori cū desinimus viuere. In Eccl. Melius est ergo mori vite q̄ viuere morti: qꝛ nichil est mortalis vita q̄ mors viuens. In Eccl. Laudaui magis mortuos q̄ viuentes ꝛ vtroqꝫ feliciorē repu tauí qui nondū natus est: vita velociter fugit ꝛ retine ri nō potest. Mors autē instāter occurrit ꝛ īpediri nō potest: sed hoc est illud mirabile q̄ quāto plus crescit tanto magis decrescit: quia quāto plus vita ꝓcedit/ tanto magis ad finem accedit.

¶ De terrore somniorum Cpm. xxv.

Tempus enī qđ quieti cōcessum est nō cōceditur esse quietū. nā terrēt sōnia/visiones ꝑturbant. Et licet nō sunt in veritate tristia vel terribilia vel la boriosa q̄ somniāt somniātes: in veritate tn̄ tristātur terrētur fatigant̄ intantū vt etiā dormiētes aliquan do lachrymant̄ ꝛ euigilātes sepissime cōturbant̄. si ve ro iocundū q̄d viderint nichilomin⁹ euigilātes tristā tur tanq̄ id amiserint. Aduerte quid super hoc dicat Eliaphat Themanites. in Daniele In horrore visio nis nocturne qn̄ solet sopor hoīes occupare: pauor ter ruit me ac tremor ꝛ oīa ossa mea ꝑterrita sunt: ꝛ cum spirit⁹ me p̄sente trāsiret inhorruerūt pili carnis mee Considera Job dicētem. Si dixero consolabitur me

lectulus meus: et reuelabo loquēs mecū in strato meo terrebit me p̱ somnia et p̱ visiones horrore cōcutiens In Daniele Nabuch. Somniū vidit qd̄ eū valde perterruit et visiones capitis eius cōturbauerūt eum. In Ecce. Multas curas sequunt̄ sōnia et vbi multa somnia plurime vanitates. In Ecclesiastes. Multos errare fecerūt somnia et exciderūt sperātes i eos. apparēt enī frequēter in sōnis turpes ymaginationes ex qb⁹ p̱ illusiones nocturnas nō solū caro polluitur sz etiā aīa maculatur. Unde dn̄s in Leuitico. Si sit inquit inter vos homo q̄ sit nocturno pollutus somnio egrediatur castra et nō reuertatur priusq̄ ad vesperam lauetur aqua et post solis occasum reuertatur in castra.

De compassione Capitulum. xxvi.

O Quāto dolore turbamur q̄to tremore cōcutimur cū amicor̄ dāna sentim⁹ cū pericula parētū formidam⁹ plus interdū san⁹ formidine q̄ infirm⁹ egritudine pturbatur. plus hic volūtarius affectu doloris q̄ is inuit⁹ effectu lāguoris affligit. Ouidi⁹. verū est enī illud poeticū. Plena timoris amor cui⁹ pect⁹ tā ferreum cuius cor tam lapideū vt gemitus nō exprimat lachrymas nō effundat cū p̱ximi vel amici morbum vel interitum intuetur: vt patienti nō compatiatur: et dolenti non condoleatur. Ipse Jesus in euangelio Johannis. Cum vidisset Mariam et iudeos q̄ cū ea venerant ad monumentū plorātes infremuit spiritu. turbauit semetipsum et lachymatus est: sed eo poti⁹ quod ad vite miserias mortuū reuocabat. Sciat ergo se culpabiliter durum et dure culpabilem qui corporalem amici sui mortem deploret et spiritualem anime sue mortem non defleat.

¶ De innumerabilibus speciebus egritudinum.
Capitulum.xxvii.

NOndum a seculo tot egritudinum genera tot species passionis phisicalis īdustria potuit indagare. Quod humana fragilitas potuit tollerare: tollerabilem quidem diximus morborum intollerantiā an tollerabilem dixerimus tollerantiā meli⁹ vtraqz coniunximus. Nam intollerabilis est propter passionis acerbitatem: et tollerabilis patiēdi necessitatem de die in diem magis ac magis natura corrumpitur ita q̄ multa fuerunt experimenta salubria/ que propter defectum ipsi⁹ hodie sunt mortifera. Senuitqz iam mundus vtriqz microcosmus et macrocosmus: quanto prolixiuie vtriusqz senectus producitur/ tāto deterius vtriusqz natura turbatur.

¶ De subitis infortuniis Cp̄m.xxviii.

SUbito cū nō suspicat̄ infortuniū accidit/calamitas irruit/morbus iuadit/mors intercipit quam null⁹ euadit. Salo. Ergo nō glorieris in crastinū morieris ignorans q̄ superuentura pereat dies. nescit homo finē suū: ⁊ sicut pisces capiunt̄ hamo/ ⁊ aues cōprehenduntur laqueo: sic capiūtur hoīes tēpore malo cū eis extimplo superuenerit mors.

¶ De diuersis generibus tormentorū Cp̄m.xxix.

QUid dicam de miseris q̄ per īmira tormentorū genera puniūtur ceduntur fustibus ⁊ gladiis iugulātur cremant̄ flāmis ⁊ lapidib⁹ obruunt̄: discrepant̄ vigiliis ⁊ patibulis suspēduntur: torquent̄ ignibus et scorpionibus flagellant̄ artant̄ vinculis ⁊ laqueis sigillātur decludunt̄ carceribus ⁊ ieiuniis macerantur precipitant̄: ⁊ submergunt̄/excoriātur et distrahūtur/

sectantur et subfodiuntur. Jhe. Qui ad mortem inquit Jhe. et qui ad gladium/et qui ad famem/et qui ad captiuitatem crudele iudiciu immane supplicium tri ste spectaculu datur in escam volatilibus celi. bestiis terre/piscibus maris. Heu heu misere matres que ta infelices filios genuistis

¶ De quodam facinore cuiusdam mulieris que comedit infantem suum Capitulum. xxx.

